



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

4 Non petat usuras laicus vel celricus ullas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

inveniantur personæ; ne veritas occultetur, & malus ut bonus æstimeretur, in providentia proprii Episcopi sit; ut aut coram se & competentibus iudicibus, aut aliter honorificè veritatem attestent.

1 ¶ Pro testimonio] Sic est emendatum ex concilio Eugenii II. & Leonis IV. & Polycarpo. Antea enim legebatur, pro conficiendis instrumentis ad testimonium non rogentur.

2 ¶ Et si autem] In concilio ipsi, & Polycarpo legitur, si enim eventæ causæ aliquid viderint, &c.

QVÆSTIO III.

Qvod autem præter summam emolumenta scitari, sit usuras exigere, Augustini auctoritate probatur, qui in Psalmum 36. ad vers. [Tota dies] scribit, dicent.

C. I. ¶ Qui plus, quam dederit, accipit, usuras exigit.

Sed si foeneraveris homini, id est, mutuum pecuniam tuam dederis; à quo aliquid plus, quam dedisti, expectes accipere, non pecuniam solum, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus, quam dedisti expectas accipere, foenerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

C. II. ¶ Quidquid supra datum exigitur, usura est.

Item Hieronymus super e. Ezechielem, lib. 6. ad c. 18.

Pviant à quidam usuram tantum esse in pecunia. Quod prævidens scriptura divina, omnis rei aufert superabundantiam; ut plus non recipias, quam dedisti. Item ibid. ¶ Alii pro pecunia foenerata solent munuscula accipere diversi generis; & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.

C. III. ¶ Quidquid forti accedit, usura est.

Item Ambrosius in lib. de Tobia, c. 14.

Plerique a refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum, tanquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo amant, quid lex s. dicat. [Neque usuram, inquit, escaram accipies, neque omnium rerum.] Item paulo post. ¶ Et cetera usura est, & vestis usura est, & quodcumque forti accedit, usura est; quod velis ei nomen imponas, usura est. Item paulo interjellit.

¶ Si quis instaurandum convivium putat, ad negotiatorem mittit, ut absynthiaci & cupellam sibi gratis deferat: ad cuponem dirigit, ut Picenum vinum, aut Tyriacum h. requirat ad lanium, ut hlam i sibi procurer, ad alium, ut poma sibi adorner.

1 ¶ Absynthiaci] De hoc vino, quod tardam colitionem accelerat, ideò, instaurandum convivium aptum est, meminit Dioscorides, lib. 3. cap. 49. Lampridius de Helio Gabalo inquit; & rosato, atque absynthio, & vulgus ad bibendum invitavit. De hoc Alcianus parer. l. 7. cap. ult.

C. IV. ¶ Quando amplius, quam debetur, exigitur usura est.

Item ex concilio Agathensi.

Usura est, ubi amplius requiritur, quam datur. Verbi gratia, si dederis solidos decem, & amplius quaesieris: vel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris.

Ecce evidenter ostenditur, quod quidquid ultra sortem exigitur, usura est.

a al. restituerentur. b Sent. 3. dist. 37. l. v. p. 13. c. 172. c Et ibi gl. ord. d. Sen. ibid. l. v. p. 13. c. 18. Pann. l. 3. c. 160. e l. v. p. 13. c. 20. f Deut. 23. g al. absynthiaci. h al. thieriacum. i al. rutivam. k fortasse absynthiaci, aut absynthiato. l Capit. l. 1. c. 220. Burch. l. 2. c. 126. l. v. p. 6. c. 209. Pann. l. 3. c. 161.

QVÆSTIO IV.

Qvod vero nec clericus, nec laici liceat usuras exigere, probatur auctoritate Gelasii, & aliorum.

C. I. ¶ A quibus negotiorum clerici abstineant.

Item enim Gelasius Papa, scribens Episcopis per Laticaniam & Siciliam, c. 17.

Clerici a aut ab indignis quibus noverint abstinentendum, & ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi, si cessare noluerint, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur.

1 ¶ Si cessare noluerint] Hac non sunt in epistola, ut patet referuntur sup. dist. 88. consequens, sed non sunt expuncta in glossam.

C. II. ¶ Excommunicentur ministri, qui foenerantur.

Item ex concilio Agathensi l. quod confirmavit Papa Sylvester, cap. 12.

Ministri h. qui foenerantur, placuit iuxta formam divinitus datam eos à communione abstinere.

C. III. ¶ Qui voluit esse in clero, à studio negotiationis abstineant.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 2.

Anonum e statutus firmatus est, ut quicunque in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non utatur. Quod certe si voluerit exerce, cohibeatur à clero.

C. IV. ¶ Alienetur à clero, usuras, aut superabundantiam exigent.

Item in concilio Martini Papa, c. 62.

Si quis oblitus timorem Domini, & sanctam scripturam, quæ dicit d. [Pecuniam suam non dedit ad usuram] post hanc cognitionem magni concilii, foeneraverit, & centenas exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quaesierit, aut per diversas species vini, vel frugis, vel cujuslibet rei emendo, vel vendendo aliqua incrementa lusseperit, de gradu suo dejectus, alienetur habeatur à clero.

1 ¶ Magni concilii] Sic loquitur Martinus Beatus, quoniam hanc sententiam accipit ex capite 17. concilii Nicæni, quod statuitur. f. ead. c. quoniam & in duobus vetustis Gratiani exemplaribus, post hoc continuo illud subiungitur.

C. V. ¶ Tri pecunia, quam clericus mutuo dedit, iusto pretio species accipere potest.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 3.

Si quis clericus solidum in necessitate prestiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum fuisse vendidit. Ceterum si speciem non habuerit necessariam, ipsam, quod dedit, sine illo augmento recipiat.

C. VI. ¶ Clericus non accipiat plus quam commodat.

Item ex concilio Carthaginensi f. III. cap. 16.

Nillus clericorum amplius recipiat, quam cuique accommodaverit: si pecuniam, pecuniam accipiat; speciem eandem, quantum dederit; accipiat: & quidquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

C. VII. ¶ Etiam laici usuras damnabiles est.

Item Leo Papa, epist. c. 3.

a Distinct. 88. consequens. b præinde. l. v. p. 13. c. 21. b De ministris. orig. l. v. p. 13. c. 10. c Burch. l. 2. c. 122. l. v. p. 13. c. 17. d p. 6. c. 197. e Dist. 14. e l. v. p. 6. c. 365. f p. 11. c. 4. Pann. l. 6. c. 159. f In vulgari eras; Agathensi. g. Dist. 17. c. 173. Burch. lib. 2. c. 124. l. v. p. 6. c. 196. f. p. 13. c. 9. Pann. l. 3. c. 151. Rab. p. 11. c. 32. & in concil. Aquilgr. c. 62. Poly. l. 4. m. 31.



Non hoc quoque prætereundum esse diximus, quod si lucrum turpis cupiditate captos, usurariam exerceant pecuniam, & sceleris velle discedere. Quod nos, non solum in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, consideramus. Quod vindicari acrius in eos qui fuerint coartati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

C. VIII. ¶ Episcopus a clero turpia lucra sectantes.

Item ex Nicæno concilio l. c. 17.

Quonia multi clerici, avaritiæ causa, turpia lucra sectantes, oblii sunt divini præcepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Fœnerantes, centenas exigunt; statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad fœculum dare, omnino, qui tale aliquid conatus è fuerit ad quatuor, deiciatur a clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

¶ Caput hoc ad Burchardum & Ivonem part. 6. cap. 261. & in Tomarica citatur ex decreto Iulii Papa usurarii misit. Verum sic in hoc part. 13. cap. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 191. habetur.

C. IX. ¶ Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, ut plus vendat.

Item Iulius Papa.

Quicunque è tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis comparat modium unum, & servat usque dum vendatur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

¶ Caput hoc ad Burchardum & Ivonem part. 6. cap. 261. & in Tomarica citatur ex decreto Iulii Papa usurarii misit. Verum sic in hoc part. 13. cap. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 191. habetur.

C. X. ¶ Rapinam facit, qui usuram accipit.

Item Ambrosius in libro de bono

mortis, c. 12.

Si quis usuram acceperit, rapinam facit, vira non vivit.

C. XI. ¶ Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat sceleris, quam qui divitiis alienis rapit.

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 14.

Quid dicam de usuris, quas etiam ipse leges & iustitias reddi iubent? Aut crudelior est, qui subtrahit aliquam, vel eripit divitiis, quam qui trucidat pauperem sceleris? Hæc atque huiusmodi male utique possidentur: & vellem ut restituerentur: sed non est, quo iustice repetantur. Iam verò, si prudentes intueamur quod scriptum è est: [Fidelis hominis totus mundus civitas sunt: infidelis autem, nec obolus:] nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere convincimus? Hoc enim certe alienum non est, si quod iure possidentur: hoc autem iure, quod iuste: & hoc iuste, quod bene. Omne igitur quod male possidentur, alienum est: male autem possidet, qui male utitur.

¶ Item, quo usura exigenda sint, Ambrosius testatur, dicens in libro de Tobia, c. 11.

C. XII. ¶ Ab illo usuram exigere possunt, cui iure nocemus.

Alii usuram exigere, cui merito nocere desiderant, cui iure inferuntur arma, huius legem indicant.

¶ Burchard. lib. 2. cap. 103. Anselm. l. 7. c. 147. Ivo part. 6. c. 66. b. & c. d. apud nos, c. 49. dist. 47. quoniam multi, Burch. l. 2. c. 12. f. 20. c. 1. ¶ Psal. 140. d. al. commentus. c. Capitul. l. 1. c. 1. Pape. lib. 1. c. 127. Ivo p. 6. c. 201. & p. 13. cap. 21. f. 1. c. 1. f. Poly. l. 4. tit. 20. g. Proverb. 17. h. ibi inquit. Ivo p. 13. c. 17.

tur usura, quem bello vincere facile non potes. De hoc citò potes centesima vindicare te. Ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicet, qui usuram flagitat: sine gladio sede hoste ulciscitur, qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi jus belli, ibi etiam jus usura.

QVÆSTIO V.

Quod verò elemosyna non sint facienda ex sceleris, vel usuris, nec ex quolibet male acquisito, Augustinus testatur in libro de verbis Domini, serm. 31.

C. I. ¶ De usura elemosyna fieri non possunt.

Nolite a velle elemosynas facere de sceleris & usuris.

C. II. ¶ Oblatio de rapina reprobat a Deo.

Item Ecclesiastici 24.

Immolans è iniquo, oblatio est maculata. & infra. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.

C. III. ¶ Non est aliquid rapiendum divitibus, ut detur egenis.

Item Augustinus in lib. 50. homiliarum,

hom. 7.

Fortè aliquis hoc secum cogitat, & dicit: multi sunt Christiani divites, avari, cupidi, non habeo peccatum, si sum illis abstulero, & pauperibus dederò. Unde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere poterò, si ego elemosynas dederò. Etiam in hac re parcat unusquisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam illi torum tribuat pauperibus quod abstulerit, addit potius peccata, quam minuat.

C. IV. ¶ De eodem. PALEA.

[Item Hieronymus.]

Nemo qui è rapit, moriens, si habet unde reddat, salvatur. Si eos, quorum fuit, invenire non poterit, ecclesia, vel pauperibus tribuat.

¶ Hæc & sequens Palea absumt a plerisque, verusque, etiam in quibus cetera esse solent. In unum autem habentur supra, ead. q. 4. post 6. si quis usuram.

C. V. ¶ De eodem. PALEA.

[Item Ambrosius.]

Rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut cui est oblata, reddatur.

C. VI. ¶ Furtum committit, qui inventum non reddit.

Item Augustinus in lib. 50. d. homiliarum, hom. 9.

Si qui invenisti, & non reddidisti, rapuisti: quantum potuisti, fecisti. Quia plus non invenisti, ideo non plus rapuisti. Qui alienum negat, si possit & tolleret. & pauci interfecti. ¶ Deus cor interrogat, non manum.

C. VII. ¶ Qui de robis concessit, & bene quaestio elemosynam impendit, illa placeat Deo.

Item Gregorius lib. 7. epist. 110. ad Sagarium.

Elemosyna f. redemptoris nostri oculis illa placeat, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate conge-

a Ivo p. 13. c. 18. b immolantis. orig. c. al. in rapina moriens. d. Et serm. 12. de verbis Apostol. e. Poly. l. 6. tit. 16. f. Poly. lib. 2. tit. 20. g. Proverb. 17. h. ibi inquit.